



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fvlginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

Angela <de Fulginio>

Parisiis, 1598

c. xvj. De eo quod fuit ei concessum sentire dum diceret orationem
dominicum sancti Patris Francisci.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43716

Quintumdecimum ca. xv. passus 37
Sextumdecimum capitulum xvj. pas-
De eo quod fuit ei concessum sentire
dum diceret orationem domini-
cam sancti patris nostri.

SEXTODECIMO. consequen-
ter semel veni ad ecclesiam, &
rogabam Deum, quod faceret
mihi aliquam gratiam. Et dum
orarem, & dicerem pater noster,
posuit Deus ipsum pater noster
in corde meo cum tanta claritate
& intellectu bonitatis diuinæ &
indignitatis meæ, quod non pos-
sem exprimere, singula autem
verba exponebantur mihi in cor-
de, & dicebam id cum magna mo-
ra & contritione & compunctio-
ne, sic quod quamuis ex vna parte
plorarem propter peccata mea &
indignitatem meam, quam ibi co-
gnoscebam, tamen habui conso-
lationem magnam, & cœpi ali-
quid gustare de dulcedine diui-
na. Quia in dicto pater noster me-
lius cognoscebam bonitatem di-
uinam, quam in aliquare, & adhuc
ibi inuenio melius. Veruntamen

*In ora-
tione do-
minica
semper
iuuenisse
magnā
dulcedi-
nē, quam
alibi.*

quia in dicto pater noster mihi indicata fuerunt peccata mea, & indignitas mea, cœpi in tantum esse verecunda, quod non audebam leuare oculos meos ad cœlum: nec ad crucifixum, nec ad aliam rem, Sed recommendaui me beatæ virgini, vt ipsa impetraret mihi gratiam & indulgentiam peccatorum, & adhuc eram in amaritudine pro meis peccatis.

O peccatores in quanta grauedine proficiscitur anima ad pœnitentiam, ita habet fortes compe-des, & ita habet malos adiutores, quin immo impeditores, mundum, carnem, & dæmonem.

Sciatis autem, quod in quolibet supradictorum passuum fui morata per bonum tēpus, antequam me possem mouere ad alium passum. Sed in quibusdam passibus morata sum plus, in quibusdam minus.

Quia in dicto pater noster indicata fuerunt peccata mea, & indignitas mea, cœpi in tantum esse verecunda, quod non audebam leuare oculos meos ad cœlum: nec ad crucifixum, nec ad aliam rem, Sed recommendaui me beatæ virgini, vt ipsa impetraret mihi gratiam & indulgentiam peccatorum, & adhuc eram in amaritudine pro meis peccatis.